

B. M. II. 30.

H. 3, 3.

X 1876069

2. D. B. V!



DISPUTATIO
DE
CAPITULATIONE
CÆSAREA

SEU
LEGE REGIA GERMANORUM

QUAM
SUB PRÆSIDIO
VIRI NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI
ATQUE EXCELLETISSIMI

DN. FRIDERICI NITZSCHII

PHIL. ET JUR. D. ET PROF. PUBL. COM. PAL.

CÆS. CONSIL. ET ASSES. SUMMI HASSORUM
APPELLATIONUM JUDICII

PATRONI ET PRÆCEPTORIS SUI PER-

PETUO OBSERVANTIÆ CULTU VENERANDI

PVBL. ERVDITORVM DISQVISIONI

SUBMITTIT

CHRISTIANUS BEYER

FLENSBURGO CIMBER

DIE NOVEMBRIS ANNO MDCXCIX.

IN AUDITORIO SOLENNI

GISSÆ HASSORUM

Excud. JOH. REINHARDUS VULPIUS, UNIV. TYPOGRAPHVS



2. B. 7.

DISPUTATIO
DE
CAPITULATIONE
CAESARAE

LEGE REGIA GERMANORUM
SUB PRESIDIO

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

CHRISTIANUS BEYER

FLENSBURGO CIMBER

DIE NOVEMBRII ANNO MDCCLXX

IN AUDITORIO SOLENNI

CASSAE HASSORUM

Excus. JOH. REINHARDIUS VULPIUS, Univ. Typog.



PERILLUSTRI GENEROSISSIMO
EXCELLENTISSIMOQUE DOMINO

DOMINO

PETRO BRANDT

DN. IN PETERSTRUP

EQUITI ORDINIS DANNEBROGICI
S. REGIÆ MAJESTATIS DANICÆ

CONSILIARIO INTIMO

*VT ET SVMMI TRIBVNALIS QVOD
HAFNIÆ EST ET CAMERÆ REGIÆ*

CONSILIARIO

AD COMMISSARIATUM GENERALEM
TERRA MARIQUE

DEPUTATO


DOMINO SVO GRATIOSO

EXIGUA HAC CHARTA

HVMILLIMA AC PERPETVA ADDICIT

OBSEQUIA

CHRISTIANVS BEYER.



PERILLUSTRIS GENEROSISSIME
ATQUE
EXCELLENTISSIME DOMINE
DOMINE GRATIOSE.



*Rrogantia juxta & temerita-
tis notam vix effugere videor,
dum opella huic Academica il-
lustre Tuum Nomen inscribo;
sed argumenti me tuetur nobi-
litas. Bene enim & sapien-
ter, Excellentissime Domine,
cum curam morum & studio-
rum generosi Tui Filii tenuitati meae demandares, inter
alia mihi injunxisti, ut in unaquaque Civitate, in qua
verja-*

versaremur, non solum quid in aedificiis pulchrum, in propugnaculis validum, in machinis mirabile esset, perspiceremus; sed ut etiam accurata mentis indagine, quid in moribus eximiū, in Regimine gloriosum, quæ cujusvis civitatis ratio, quæ leges, quæ instituta essent indagaremus. Hoc consilium cum celeberrimus & in omnigenere scientiarum versatissimus JCtus DN. FRIDERICUS NITZSCHIIUS, Præceptor noster maximopere devenerandus à nobis intelligeret, vehementer probavit, eumque in finem materiam de Capitulationibus Augustissimorum Romanorum Regum & Imperatorum nobis commendavit, recteque me facturum existimavit, si has, quæ nunc in lucem emittuntur theses, Eruditorum disquisitioni Publicæ submitterem. Quemadmodum autem hujus Viri integritas summaque ejus in me benevolentia multis mihi argumentis comperta & explorata est; Ita ejusdem voluntati refragari religionem duxi, præcipue cum id ad significandam in Te meam, Perillustris Domine, reverentiam pertinere videretur, ex quâ Tibi innotesceret, quo studio & qua diligentia desiderio Tuo Tuisque dictis obtemperare a laborarem. Suscipe igitur, Patrone optime, chartaceum hoc, quod tibi hic submisise offero

CHRISTIANUS BEYER

fero dedicoq; munusculum eo vultu, quo cetera Tuorum & integerrimorum Clientum officia excipere soles; & uti hoc à devotissimo Tuiq; observantissimo animo proficiscitur; ita me ad quævis humillima officia devotissimum porro affectu Tuo benignissimo prosequi non dedignare. D. O. M. Te, Domine gratiose, cum universa illustri familia nobis quam longissime sospitet & conservet.

PERILLUSTRIS TUÆ EXCELLENTIÆ

Observantissimus Clientus

CHRISTIANUS BEYER.



COROLLARIA

Cultus Dei est primum & fundamentale Juris naturalis principium.

Qui ob invadentis vitæ periculum se non defendit *αὐτόχρηστος* est.

Evitari bellum omnibus modis debet, sed semel extortum, licite geri posse, tam divina quam humana Jura testantur.

Fornicatio est contra naturam.

Jus naturæ à Jure gentium distingui nullum est dubium.

Legatus à privato quodam graviter violatus noxæ deditionem petere potest.

Summus Imperans est vicarius Dei & custos utriusque tabulæ

Restitutio in integrum inter summos imperantes locum habet.

Commercia hodie sunt pedes reipublicæ.

Ut hodie quidam mercatores sunt digniores aliis: Ita apud Romanos alii aliis erant honoratiores, quibus aditus ad dignitates non erat præclusus.

Usuræ Jure naturæ sunt licitæ, quod vero Jure Hebræorum & Jure Canonico prohibitæ sint, alia est ratio.

XII. Jus

XII.

Jus Danicum, quo majorem reverentiam parentibus accommodet præter causas in *Novell.* 115. recensitas quasdam adjecit, ut is qui parentum admonitiones ad pietatem, honestatem, sobrietatem, studium pacis, diligentiam & parsimoniam tendentes, susque deque habet exheredari possit.

XIII.

Idioma latinum non est verum, nec proprie sic dictum imperiale Idioma.

XIV.

Ordo Equestris Elephantum ex bellis sacris originem ducit.

XV.

Non solum Reges Galliarum, Poloniae, &c. sed & Reges Daniarum ex Comitibus Oldenburgicis orti à Wittekindo Magno descendunt.

XVI.

Rudolphus II. Imperator Christiano IV. Regi Daniarum & Norwegiarum, gloriosissimæ memoriæ non ut Regi, sed ut Holsatiarum Duci & Comiti Oldenburgico veniam ætatis concessit.

F I N I S.



DISSERTATIONIS
DE
CAPITULATIONE CÆSAREA
PROOEMIUM.

Capitulatio Cæsarea sit Lex Imperii Romano Germanici Fundamentalis & Sanctio Pragmatica, quæ cavetur, ne in Principatu sit Libido, nec in Libertate licentia; & unde ex ipsis rerum argumentis cognosci potest, quæ Jura Majestatica cum Statibus Imperii sint communicata, quæque consequenter Soli Imperatori Reservata: Hinc qui solida Juris Publici Romano Germanicæ Prudentiæ operam dare cupiunt, non immerito accuratiorem Eisdem cognoscenda operam impendunt. Nonnulla ergò de Capitulatione Cæsareâ in genere, deq; Nomine Ipsius & Origine, Fine, Causâ Efficiente, Formâ & Materiâ publicè disserere constitui; Faxit Deus ut omnia cedant feliciter!



CAPUT I.
DE NOMINE ET ORIGINE
CAPITULATIONIS

I. **E**tymologia vocis Capitulationis. 1.
Quid Capitulatus, & Capitula? 2.
Inde verbum capitulare. 3.
II. Synonymia. Capitulatio etiam vocatur Lex Regia 4. Ita dicuntur:
1. Leges Curiatæ, seu Jus Papyrianum. 5.
2. Lex Augusti. 6.

3. Capitulario & quo sensu? 7.
& 8.
III. Synonyma alia. 9.
IV. Homonymia, ubi Capitulum & Capitularia. 10.
V. Origo Capitulationum. 12.
Hortlederus ad Henrici IV. 13.
Limnæus ad Caroli M. 14.
Bœclerus ad Caroli V. 15.

A

Arumæus

Arumæus ad Conradi I. tempora
refert. 16.

Quæ ultima à nobis probatur 17.
Et quare? 18. 19. 20. 21. 22.

Conditiones Conradi I. 19.

Conditiones Henrici IV. 21.

VI. Objectiones & responsiones ad
easdem. 23. 24.

§. I.



DE Nomine non erimus multum solliciti, cum jam prolixè de eo egerint Carpzovius ad Leg. Reg. cap. 1. & Limnæus ad Capitulat. in Prolegom. Sect. 1. Hoc tamen prætereundum non est, quoad Etymologiam, derivatam esse vocem à verbo Capitulare; Quod quamvis non facilè apud Classicum Autorem inveneris, Capitulatus tamen apud Celsum legitur, & denotat id quod caput habet, & à voce Latinâ, Capitulis scilicet, quæ sæpè apud Vitruvium, aliosque bonos Autores occurrit, ubi Capitula Columnarum, Balistarum & Triglyphorum legimus; vid. lib. 1. 3. & 4. Vitruv. & ibi Guilielm. Philand. in Not. Et potissimam seu summam Columnarum partem; Item etiam Summas, seu summa rerum in Capita distinctarum fastigia denotant, descendit. Quemadmodum & Capitulatim pro Summatim non tantum apud Plinium, sed etiam apud Cornelium Nepotem in Catone, dum dicit: Hæc omnia Capitulatim sunt dicta, legitur. Unde Italis capitulare, & Gallis capituler, Germanis Capituliren est, per Capita & articulos pacisci; Adeoque Capitulatio Pactum per Capita seu Articulos factum dicitur.

§. 2. Quoad Synonymiam hoc imprimis occurrit, quod Carpzovio & ante eum Hortlebero in Polit. Imperial. Goldasti part. 12. disc. 2. dicatur I. Lex Regia Germanorum. Uti verò vox Legis Regia varias, imprimis verò tres admittit explicationes, dum (I.) Leges Regia, ratione cause Efficientis, denotant illas, quæ à Romulo Eiusque successoribus, Regibus Romanis, ab initio

initio Urbis Romæ fuere latæ, alio nomine *Leges Curiatæ* dictæ, quia à Regibus, Populo in Curias diviso, sunt latæ, & postea à Sexto Papirio in unum Volumen congestæ, *Jus Civile Papirianum* sunt dictæ, de quo *vid. l. 2. §. 2. ff. de O. 7. & l. 2. ff. de mort. infer.* Quas leges diligenter & distinctè, quoad singulos Legum Conditores, congestit Valentinus Forsterus *Jctus, in Historiâ Juris Civilis Romani Lib. 1. cap. 6. seqq.* (2) Per Legem 6 Regiam imprimis intelligitur illa Lex, de quâ in *§. 6. 7. de l. N. G. & C. l. 1. pr. de Constit. Princ. l. 1. §. 7. C. de Vet. Jur. Enucl.* mediante quâ Populus Romanus Principi & in Principem seu Augustum, omne Imperium & potestatem concessit, unde etiam dicitur *Lex imperii* in *L. 3. C. de Testam.* Item *Lex Augusti* in *L. 18. in fin. ff. de Manumiss.* Et (3.) *Lex Regia pro Capitulatione Imperatoriâ* sumitur, seu *Lege Regiâ Germanorum.* Uti enim per Legem Regiam Veterem innotuit Potestas à Populo in Principem translata; Ita quia ex Capitulatione constat, quantum potestatis habeat Imperator; dum exinde clarum redditur, quousque Potestas Regia cum Electoribus & Statibus Imperii sit communicata, adeoque restricta seu limitata; Hinc non absurde eatenus Legis Regiæ Germanorum venit nomine.

§. 3. Præterea adhuc circa Synonymiam non prætereundum est, quod Capitulatio II. dicatur: *Die Kaiserliche Obligation*; in Gravaminibus Passavii Anno 1555. exhibitis. *Eine hochbetheuerte geschworne Obligation*; uti eam vocat Ferdinandus I. in Literis A. 1559. d. 13. ad Augustanæ Confessionis Status exaratis, quas vide apud *Autorem Tractat. de Compositione Pacis cap. 7. qu. 52. n. 38. add. Myler. in Nomolog. Ord. Imperii c. 6. th. 22.* III. *Die Franckfurtische Obligation, Franckfurtischer Contract, Franckfurtische geschworne Pacta*, uti ita appellant Elector Saxonæ Johannes Fridericus, & Philippus Hassiæ Landgravius in *Ihrer Verantwortung auf Kaiser Carls Achtbrieff de A. 1546. in Reichs-Satzungen Goldasti Part. 1. in Append. IV.*

Die Capitel/so Keyserl. Majestät in Ihrer Behlung zu der Römischen Königlichen Cron gnädig verwilliget; Uti optimè vocat Ulricus, Württembergiæ Dux, im Ausschreiben an alle Stände An. 1534. apud Hortlederum lib. 3. von Ursachen des Teutschen Kriegs cap. 9. pag. 664. V. Die Articuli καὶ ἐξοχῆν, In der Churfürstens Vereinigung de A. 1521: §. Auch sollen und wollen 11. apud Goldastum, in Politischen Reichshändeln Part. 8. num. 3. vid. Limnæus Sect. 1. in Prolegom. ad Capit. n. 28. seqq.

- 10 §. 4. Circa Homonymiam hoc notari potest, quod Capitulum, unde derivatur Capitulatio, etiam significet Concilium, seu Congregationem Principum & Primorum Regni, vel etiam
 11 Collegium Canoniorum cap. in causis 30. X. de Elect. Unde & Capitularia vocantur Leges, quæ in Capitulo seu Conventu consensu Primorum sunt constituta. Quemadmodum leguntur Capitularia Pipini, Caroli Magni & alia, quæ edidit Fridericus Lindenbrogius & Stephanus Baluzius. vid. Limnæus, ad Capit. in Prel. sect. 1. n. 12. seqq.
- 12 §. 5. Quod ad Originem spectat, seu quando in usu esse
 13 coeperint Capitulationes Cæsareæ, non una omnium est sententia. Hortlederus eam fovet opinionem, quod sub turbulento
 14 Henrici IV. Imperio primitus fuerint natae, & imprimis Caroli IV. temporibus creverint. Limnæus hanc sequitur sententiam, eoque & pertrahere vult Melchiorem Goldastum, quod
 15 tempore Caroli M. unà cum Imperio Romano Germanico coeperint. Bæclerus in Notitiâ lib. 12. cap. 3. ita sentit, cum quo & facere videtur Autor der Grund-feste des Heil. Römischen Reichs/
 16 quam sententiam & olim Limnæus habuit, quod ante Caroli V. tempora in usu non fuerint. Arumæus in Tom. IV. Juris Publ. disc. 4. putat, cum quo & facit Carpz. ad Leg. Reg. cap. 1. sect. 8. num. 40. Quod tempore Conradi I. Imperatoris coeperint. Et
 17 hanc sententiam & Nos probamus: (1.) quia ante illa tempora, Caroli nempe Magni stirpe regente, non videtur habuisse locum,
 cum

cum jure hereditario & belli gladio acquisitum habuerit Imperium, extinctâ verò Eâ, administratio redierit ad Populum; Unde & (2.) Conradus I. Rex Romanorum electus est, cum ante illum nulla esset in Carolingis propriè electio. (3.) Quia Conradus inter alia Capitula hâc lege fuit electus, ut Imperator esset quidem, sceptrumque teneret Regium, summa tamen rerum gerendarum administratio penes Ottonem esset, uti habet *Cassiodorus in Vita Conradi*. (4.) Quia probabile est, ea quæ desiderabantur in Imperio Conradi, Capitulationi & Pacto Regio fuisse inserta. Quæ dicta contra opinionem Limnæi & Hortlederii faciunt. Quod verò antiquior sit origo Caroli V. ævo, hoc præterea docet. (5.) Quod, cum Henricum IV. deponere vellent Ordines Imperii, quod, omnia licentius ageret; in electione alterius Imperatoris, Rudolphi nempe Svevorum Ducis, hæc etiam excepta fuerint; Ut I. Episcopatus nec prece nec pretio corruptus daret, sed Ecclesiis liberam Electionem permetteret, II. Ut eligendi Cæsaris potestatem Ordinibus concedens dignitatem Imperii non faceret hereditariam. *Uti refert Bruno in Historiâ Belli Saxonici* apud Marquard. Freher. Tom. I. Script. Germ. p. 135. in princ. (6.) Accedit *Autoritas Speculi Saxonici* lib. 3. art. 54. ibi: Als man den König wehlet / so soll er dem Reich Hulde thun und schweren / daß er die Wahrheit sagen wil / und alles Unrecht brechen / und daß er des Reichs Gerechtigkeit beschirmen wolle / als best er könne oder mögte. Ætas verò *Speculi Saxonici* se longè ante Caroli V. tempora extendit, etiamsi *Compilationem* saltem respicias, cum circiter *Seculum XII*, sit facta.

§. 6. Opponitur quidem (1.) quod confundatur Capitulationio cum formulâ Juramenti; Sed *Resp.* quod, si formula Juramenti in aliquas Conditiones & Leges seu Capita sit concepta, tunc à Capitulatione non sit distincta, cum hæc sit nihil aliud, quam formula Juramenti Imperatorii in certa Capita distincta,

stineta. Quamvis enim Capitula magis magisque temporis successu sint adaucta, forma tamen ipsa antiquæ illi Capitulationi æquæ ac modernæ competit. (2.) *Obiicitur*, quod ita omnes Romanorum Imperatores, etiam antiqui, mediante Capitulatione fuerint inaugurati, cum & ex *Svetonio* de Augusto constet, quod Juramentum præstiterit. Sed *Resp.* distinguendo inter juramentum Imperatoris, peculiarem aliquam & determinatam potestatem inducens, & quod potestatem regiam tantum ordinariam confirmat, hoc quidem respectu, non verò illo ad Imperatores veteres referri potest; ubi verò pro Capitulatione haberi nequit. *vid.* *Carpzov. ad Leg. Reg. cap. 1. sect. 8. Arum. Tom. 4. Juris Publ. Disc. 4. Limn. ad Capitul. in Prolegom. sect. 3.* Qui verò suam defendit sententiam.



CAP. II.

DE CAUSA FINALI CAPITULATIONIS.

1. *In Practicis à fine est capiendum initium. 1.*
Capitulationis finis ultimus est Cultus divinus. 2.
Intermedius finis est Salus Reip. Romano-Germanicæ. 3.

II. *Finis proximus est temperamentum Potestatis Regiæ tam quoad Esse. 4.*
Quam quoad cognosci, ita ut norma sit atq; regula. 5.

§. I.

UTi aliàs in iis, quæ tractationem Practicam requirunt, à Fine fieri solet initium, cum Causa Finalis determinet agentes, *arg. L. si Pater 4. C. de Hered. instit. & frustra fieri dicatur, ubi finis deficit arg. L. 1. C. de Condict. ob caus. dat.* Ita & hîc idem observabimus. Est verò *Finis ultimus* uti omnis actus humani, Reip. & Legis; Ita & egregii hujus actûs Imperialis & Regii, gloria

gloria nempe Dei & *Cultus divinus*, quò scilicet tantò melius, certius & splendidius in Imperio etiam Romano-Germanico institui & celebrari queat, quo omnia in Ecclesiâ pariter ac Republicâ ordine & decenter fiant, & tam Imperantes quàm subditi scopum illum, quam obrem à Deo sunt creati, ritè & eò melius obtinere valeant & exequi. *Intermedius verò finis est Salus Reip. Romano-Germanicæ*, quò scilicet tanto felicius tam quoad genium Populi, tanquam Libertatis assuetæ Gentis, quàm etiam secundum regulam & normam Res Romana administrari, & unitas Reip. unicus ille Spiritus & Consensus, qui formam Reipublicarum internam constituit, tanto melius obtineri & conservari possit.

§. 2. *Proximus* denique *Finis* Capitulationis est ipsa determinatio seu *temperamentum Potestatis Regiæ & Imperatoriæ*; quò scilicet (1.) caveatur: Ne in Principatu sit libido, sed subditis prospectum sit contra Tyrannidem, & Statibus Imperii de Libertate; Neque sit in Libertate licentia vel libertas Reipublicæ noxia, ipsique interneciua, ita ut tandem in Anarchiam degeneret, vel desinat esse Respublica, quemadmodum Hippolithus à Lapide & Severinus de Mönzambano eò inclinant. Hinc per Capitulationem temperatur libertate Ordinum Principatus, & Principatu libertas Ordinum Imperii. Et (2.) ut Norma sit & regula, unde possit cognosci, quantum Imperator de potestate suâ cum Electoribus & Statibus Imperii communicaverit; vel, uti Ulricus Wurtembergiæ Dux in loco supra cap. 1. §. 3. citato, cautè & prudenter loquitur: *Wieviel Kaiserl. Majestät in ihrer Behlung zu der Römischen Königlichchen Cron gnädig verwilliget*; ut & porro & per consequentiam: quæ soli Sibi reservaverit: Ne scilicet Status Imperii in incerto fluctuarent, sed tam Imperator quàm Electores cum reliquis Statibus Imperii sciant, quantum cuique tribuendum.



CAP. III.

DE CAUSA CAPITULATIONIS EFFICIENTE.

- | | |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p><i>I. An Electores sint Causa efficiens Capitulationis? 1.
 Quae rationes dubitandi?
 An Electores & reliqui Status Imperii?
 Ratio dubitandi; Dictum Electoris Brandenburgici, Moguntini & Electorum omnium 4. 5. 6. & 7.
 Alia Ratio dubitandi, quod ita non sit lex Universalis. 8.
 An Imperator sit causa Efficiens? ratio dubitandi. 9.</i></p> <p><i>II. Capitulatio perpetua in thesi est res Comitiorum. 10.
 Probat ex Instr. P. & Recessu de A. 1654. 11.
 Hujus Causa Efficiens est Imperator cum Electoribus & Statibus Imp. 12.</i></p> <p><i>III. Capitulationis in hypothese & applicatione causa Efficiens erant olim omnes Principes & Status Imperii. 13.
 Hodie sunt Electores soli. 14.</i></p> <p><i>IV. An hodie post J. P. Solis Electoribus jus praescribenda Capitulationis Caesarea competat. 15.
 Quod affirmatur. 16.
 Per rationes. 17. 18. 19. 20. 21.
 Obiectio refellitur. 22.</i></p> | <p><i>V. An & quomodo hodie competat jus Electoribus Capitulationis immutanda? 23.
 Non semper qui habet jus consociendi etiam habet jus abolendi 24. & quare. 25.
 Capitulatio quoad capitula perpetua non potest ab Electoribus immutari bene tamen quoad temporaria. 26.</i></p> <p><i>VI. An Electores in Casibus subitis Capitulationem mutare possint? 27.
 Negatur. 28. 29.
 Limitatur. 30.</i></p> <p><i>VII. An Electores in consocienda Capitulatione consulere debeant Imperatorem? 31.
 Quod negatur. 32.</i></p> <p><i>VIII. An Rex Bohemia ad consociendam Capitulationem concurrat? 33.
 Et non videtur. 34.
 Qua causa. 35.
 Quid singulare occurrat in Capitulatione Josephi. 36.
 Quae porro sint causa excludendi Bohemiae regis 38. 39. seqq.
 Rex Bohemia non vocatur ad Comititia. 40.</i></p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Rationem



Rationes pro Bohemo. 42.
Et Testimonium Matthie. 43.

IX. Causa efficiens Instrumentalis
Capitulationis. 44.

§. 1.

Non una hic occurrit difficultas, quæ scilicet vera causa sit Efficiens, à quâ per veram actionem dependeat Effectus, seu dicta illa Capitulatio. Si enim Electores esse statuamus; quomodo Capitulatio esse potest Lex Imperii Universalis, & sanctio Pragmatica? cum Legem Imperii condendi potestas sit jus Comitiorum, vel penes Imperatorem & Status Imperii Universos sita, uti non tantum communis Legum Imperii habet formula: *Mit Rath u. Zuthuung gemeiner des H. Röm. Reichs Stände* / sed etiam expressis textibus *Instrum. Pac. art. 6. §. Gaudeant. Capit. Leopold. art. 2.* aliisque à *Limnao ad art. 2. Capitul. Caroli V.* allegatis, id confirmatur. Si verò dicamus Electores & reliquos Imperii Status Causam Efficientem esse, uti fere per *LL. Imperii & Art. 8. Instr. P. §. Habeantur 3.* juxtaque *Monita Statuum A. 1658. d. 17. & 28. Aprilis Ratisbone exhibita* apud *Autorem der Grund-feste des H. Römischen Reichs part. 3. cap. 3.* dicendum esse videtur. Quomodo Electoribus, qui hætenus in quasi possessione hujus Juris petstiterunt, erit prospectum? Elector enim Brandenburgicus in *Diæta Electorali apud Lehmann. in Reichs-Handlung part. 2. l. 2. cap. 15. pag. 279.* inquit: *Die Maßgebung der Keyserlichen Gewalt stünde dem Churfürsten allein zu/wäre Ihnen von sämbelichen Ständen anvertrauet / und Ihre höchste Præminenz.* Et *Electo Moguntinus ibidem pag. 280.* *Die Capitulation, ait, zu machen sey der Churfürsten Aime.* Unde etiam Electores ad Status Imperii reliquos in *Comitiis Anni 1653.* ita sunt protestati: *Es versehen sich die Herren Churfürsten / daß man Ihnen wieder die güldene Bull an Ihren wohlhergebrachten Rechte und viel hundert Jähriger Observanz keinen Eingriff thun würde / Hätten aber Fürsten und Stände*

B

irgend

irgend eine oder andere nützliche Erinnerung bey der Capitulation zu thun / könnte das Chur-Fürstliche Collegium wohl leiden / daß man solche einbrächte / und dafern sie denen Reichs-Fundamental-Satzungen und alten Herbringen gemäs / dieselbe zubeobachten keines weges unterlassen würde / apud *Autorem* der Grund-feste des 8 H. Römischen Reichs *part. 3. cap. 3. §. Da es aber* 2c. Et si vel maximè concederemus concurrere debere Status ad Capitulationes, nondum tamen erit Lex Imperii Universalis, cùm ad eam condendam etiam concurrere debeat Imperator. Hinc Rubrica: Der Keyserlichen Majestät / und des heiligen Röm. Reichs Ordnungen; Et formula: Haben wir mit Rath und Zuthuung gemeiner des Heil Reichs Stände geschlossen / sicuti etiam Imperii Praxis id docet. Si verò denique & Imperatorem pro Causâ Capitulationis Efficiente statuere vellemus, quomodo & tunc Juri Electorum prospectum esset? quando Imperatorem circa eandem consulendum esse negant. Elector enim Moguntinus in Diætâ Electorali apud Lehmannum *loco supra citato pag. 280.* dicit: Es wäre sonders bedenklich / daß man diese Sache der Keyserlichen Majestät sollte referiren / dann die Capitulation zu machen / sey der Chur-Fürsten Ambe / dazu der Keyserlichen Majestät Wissen und Consens zu suchen nicht thunlich / stunde auch nicht zu verantworten.

10 §. 2. Sed hæ difficultates superari poterunt, si Capitulatio in diverso suo Statu consideretur. Aut enim ratione materiæ quoad Capitula sua perpetua seu in perpetuum valitura, unde etiam Capitulatio perpetua audit, considerata venit, & tunc meritò juseam conficiendi est Comitiorum, per *Art. 8. §. Habentur 3. Instr. Pac. Casareo-Svec.* ita loquentis: *In proximis Comitibus emendentur inprimis anteriorum Conventuum defectus, ac tum quoque de Electione Romanorum Regum, certâ constantique Cæsarea Capitulatione concipiendâ, ex communi Statuum Consensu agatur & statuatur.* Et *R. 7. de A. 1654. §. Wann aber* 192. ubi
res

res ad Comititia prorogata delata, ita habet: Daß ohnerwärtet einer fernern Formal Proposition solche Puncten / darunter auch die Wahl Capitulation nach Inhalt des Instrumenti Pacis in obbesmeldten drey Reichs Rathen alsobald vor die Hand genommen / besrathschlaget und erörtert / und gleiche Krafft haben solle / als wann sie bey diesen Reichs Tag wäre ausgemachet worden. Quo sen- 12
 su non tantum Electores, sed etiam Imperator, imò & Status Imperii reliqui, uno verbo, Comititia sunt causa Efficiens Capitulationis Cæsareæ perpetuæ.

§. 3. Aut verò consideratur Capitulatio in eo Statu, 13
 quatenus Imperatori per eandem obligando præscribitur, sive consideres Capitula perpetua in Comititiis deliberata & conclusa, sive etiam temporaria, Eadem scilicet cum Imperatore communicandi, ventilandi, super eorundem ventilatione & applicatione judicandi, consentiendi & conveniendi, Cæsaremque ad eadem obligandi. Quod ipsum Jus Regium, uti olim omnibus omnino Principibus & Statibus Imperii competiit; Ita hodiè solis est Electoribus acceptum ferendum. Quo sensu olim 14
 & ante Jus Eligendi Imperatorem Electoribus concessum, Principes & Status Imperii omnes pro Causa Efficiente Capitulationis Cæsareæ habendi fuere; Post verò jus eligendi in Electores translatum, Ipsi causa Efficiens Capitulationis sunt statuendi.

§. 4. Hinc & responderi facile poterit ad vexatam aliàs 15
 Quæstionem: *An adhuc hodiè & post Instrum. Pacis solis Electoribus jus præscribenda Capitulationis Cæsareæ competat?* Acriter enim hâc de re in Comititiis Anni 1645. ubi incidit Electio Ferdinandi IV. Romanorum Regis, uti notat *Autor der Grund-feste part. 3. cap. 3.* disputatum fuit. Affirmativè verò observato 16
 temperamento §. 2. & 3. proposito, respondendum erit (1.)
Quia Electores adhuc hodiè jus eligendi habent, adeoque & jus 17
 Capitulationis præscribendæ, cum hæc censeatur appendix esse

- juris eligendi, uti loquitur *Limneus ad Capitul. in Proleg. sect. 4.*
- 18 n. 4. (2.) *Quia* Electores sunt in possessione vel quasi conscribendæ Capitulationis ab illo tempore, quo condi cœpit, (3.)
- 19 *quia* Electio non abstractivè seu quatenus ab obligatione ad Capitulationem abstrahitur, considerari potest, dum scilicet ita tantum conditionalis esset, quatenus scilicet ad Capitulationem se obligari pateretur Electus, sed potius, uti plena esse debet Electio, ita & cum præscriptione Capitulationis est concipienda. (4.)
- 20 *Quia* Electores adhuc hodiè, & si confecta esset in Comitibus Capitulatio perpetua, jus habent confectam Imperatori proponendi, cum Ipso communicandi, Capitula temporaria pro re natâ inferendi, Eundemque tam ad perpetua quàm temporaria obligandi, (5.) *quia* Capitulatio etiam post confectam Capitulationem certam constantemque adhuc hodie per Pactum seu præscriptionem & acceptationem inter Imperatorem & Electores concluditur, quam acceptationem de Capitulis maximè temporariis præcedit sæpè aliqua ventilatio, quando Eligendus cum Electoribus de remissione vel mitigatione unius vel alterius articuli agit; Illa verò ventilatio non aliis quàm Electoribus competere potest, quippe quibus cum Eligendo consentiendi & conveniendi adeoque Capitulationem perpetuam Eidem applicandi & circa temporaria pro re natâ remittendi vel immutandi competit potestas. Electio enim aliàs diu differenda foret, si talis ventilatio & decisio ad Comitibus rejicienda foret. Ob stare quidem huic assertioni videtur, quod ita parum Statibus Imperii reliquis per Instrumentum Pacis quæsitum censeretur; Cui verò respondetur: Multum utique esse impetratum, quia de articulis certis & constantibus Capitulationi inferendis in Comitibus deliberatur & concluditur, ut de ipsorum applicatione nec non temporariorum conceptione & Conventione Electoribus laborandum veniat, adeoque distinguendum sit inter jus Capitulationis perpetuæ & in thesi conficiendæ, &
- jus

ius Capitulationis noviter Electo Romanorum Regi præscribendæ; Illud est Comitiorum per sanctiones Imperii Pragmaticas, hoc verò & in posterum est Electorum.

§. 5. Ex quibus porrò dijudicandum: *Quomodo Electo-²³ribus hodiè & post Instrumentum Pacis Westphalica jus competat immutanda Capitulationis Casarea?* Nam quamvis aliàs hîc argumentum à contrario non videatur procedere, ut qui habent²⁴ jus Capitulationis præscribendæ & Imperatoris in eandem obligandi, illis etiam jus competat Ejusdem rursus abolendæ, vel saltem immutandæ. *L. Nihil 35. ff. de R. 7.* Cùm hoc Jus²⁵ rinde uti illud in Electores à reliquis Imperii Statibus non æquè videatur esse translatum; Id tamen tantum intelligendum est de Capitulatione, quæ per Obligationem Imperatoris jam est in effectum deducta, quæ quamdiu Imperator iste Imperio præest, immutari ab Electoribus æquè ac ipso Imperatore nequit. Ali-²⁶ter se verò habet in novâ Capitulatione novo Imperatori vel Romanorum Regi præscribendâ, quæ utique re adhuc integrâ, novoque Rege ad eandem nondum obligato pro ratione diversi Imperii Status ita immutari potest, ut à priori seu præcedente deprehendatur diversa. Enimverò & hîc est distingvendum inter Capitula Capitulationis constantis & perpetuæ & alia; Illa à Solis Electoribus non videntur immutari tunc posse, per ea quæ in *s. præc.* sunt dicta, secus tamen est in temporariis, quæ immutare ad solos Electores spectat; & de hoc casu hodiè adhuc obtinent verba Electoris Brandenburgici, quando in voto suo ita loquitur: *Die Chur-Fürsten haben ohne zuthun / Rath und Bewilligung anderer Stände / des Reichs Wohlfarth in der Enge zu bedencken / und dahin gehöre die Kayserliche Capitulation, welche man allhier zu ändern und zu bessern nach des Reichs Nutzen und Besten berechtiget / wie vor Zeiten mehr beschehen / und die darinnen zugefügte Puncten selbst bezeugten; Apud Lehmann. in Act. Publ. part. 2. Lib. 2. cap. 15. pag. 279. vers. Chur-Brandenburg 2c.*

27 §. 6. Dictum est de Capitulatione per Obligationem
 Imperatoris ad effectum deductâ, quod neque Imperator neque
 Electores eam immutare possint. Hinc quæritur: *Annon in*
Casibus subitis & qui moram non patiuntur id liceat? Sed quia hæc
 quæstio prolixè à *Limnao ad Capitul. sect. 8. n. 29.* tractata, & à
Dn. Schwvedero quoque in *Part. Gen. cap. 2. in fin. Introduct. in*
Juss Publ. tacta, & negativè decisa; nos paucis in eâ expediemus,
 28 scilicet, Non licere hoc per dicta in §. *preced.* neque soli Impe-
 29 ratori neque cum Consensu Electorum. Apertè enim hoc in-
 nuunt Capitulationis *Maximiliani II. & subseqq. Impp. verba*
 §. *pen.* ibi: *Wir versprechen dasselbestet / fest und unverbrochen zu*
halten / dem treulich nachzukommen / darwieder nicht zu seyn / zu
thun / noch schaffen gethan zu werden NB. in einige Weiß oder
Wege / die möchten erdacht werden. Cum quo & fa-
 cit illud, quod Status Evangelici Lipsiæ congregati Anno 1631.
 die 18. Martii ad Imperatorem scribunt his verbis: *Es sey zu Res*
genspurg von Chur-Bayern gar löblich in dero sonderbaren Voto
gesetzt worden: Dasß die Reichs-Constitutiones durch keine Noth
und Gefahr / sie sey auch immer so groß als sie wolle / nicht zuruck
gestellet und überschritten werden sollen / sie seyen planè immotæ, und
eine Reichschnur / darnach Chur-Fürsten und Stände des Reichs
regieret werden sollen / apud Londorp. in Act. Publ. Tom. 4. lib. 1.
 30 *cap. 44. n. 7. §.* Hierzu ist ferner auch *in fin.* Intelligendum ta-
 men hoc est de iis, quæ clarè in Capitulatione sunt decisa. Quæ
 enim adhuc dubia esse censentur, ita potius habenda, ut Impera-
 tori sint reservata quàm limitata, dum omnis restrictio & limita-
 tio etiam strictam habet interpretationem. *L. quicquid ad strin-*
genda 99. ff. de Verb. Obl. L. veteribus. 39. ff. de Pact.

31 §. 7. Ex antea dictis etiam sequitur, quid ad illud re-
 spondendum sit, quando quæritur: *An Electores in prescriben-*
dâ, vivo adhuc Imperatore, Capitulatione Romanorum Regi Impe-
ratores

ratores consulere debeant? Cùm enim Imperator ad Capitulationem tantum perpetuam, quatenus Comitiorum est, concurrat, non etiam potest ad ea, quæ ad solos Electores spectant, de quibus *supra in §. 4.* dictum, id extendi. Quò etiam facit Votum Electoris Moguntini *supra §. 1. ex Lehmann. Act. Publ. lib. 2. part. 2. cap. 15. pag. 279.* allegatum. Accedit quod, quia tales Electiones, quæ vivo Imperatore fiunt, ut plurimum ipso volente & consentiente fiunt, partibus addictum esse Imperatorem quidam crepent; Quod verò uti universale non est; Ita & planè in tanta & tam generosa pectora non cadere, asserere jubet religio. *vid. Limn. in 7. Publ. Tom. 5. ad lib. 1. cap. 12. §. 14. pag. 171.*

§. 8. Priusquam Caput de Causâ Efficiente Capitulationis Cæsareæ concludamus, hæc quoque non prætermittenda erit Quæstio: *An & Rex Bohemæ ad Capitulationem conficiendam concurrat?* Et quamvis in præcedentibus in genere de Electoribus sit dictum, quod jure præscribendæ Imperatori Capitulationis gaudeant, limitari tamen id ipsum solet quoad Regem Bohemæ, cujus uti *Limneus in Prolegom. ad Capitul. sect. 4. n. 3.* loquitur, in Capitulatione vel concipiendâ vel præscribendâ nullæ sunt partes. Id quod probare contendunt his rationibus (1.) quod nulla Regis Bohemæ inter reliquos Electores in Capitulatione fiat mentio, quemadmodum ex principio Capitulationum usque ad Capitulationem Leopoldinam patet. Et quamvis in Capitulatione Josephi hoc singulare observare liceat, quod ibi in principio Cæsareæ Majestatis tanquam Regis Bohemæ mentio occurrat, Ejusque Legatus Regius, *Franciscus nimirum Ulricus, Comes Kinskius de Kuniz & Zettavv &c.* ibidem nominetur, quod in antecedentibus Capitulationibus non observatur; restringi tamen id poterit ad Electionem, saltem Regis Romanorum, uti expressa habent verba, *ibi: Durch die vorgenommene ordentliche Wahl der Hochwürdigem und Durchleuchtigen &c.* vel etiam ad specialem casum Filii Regis Bohemæ

miæ adhuc impuberis, in Regem Romanorum eligendi, quò obligatio eò foret firmior, uti huc facit *J. Solches alles und se des ult. Capitul. Joseph. ibi: Wegen unsers geringen Alters zu mehrer Befestigung.* Vel denique ad casum, ubi Rex Romano-
 38 rum, vivo Cæsare est eligendus. *In primis (2.)* quia ad negotia Imperii præter solam Electionem Regis Romanorum vocari solet Rex Bohemiæ, quemadmodum haud obscure id probatur ex Unionibus Electoralibus, ab Electoribus A. 1438. Francoforti, maximè autem A. 1521. Wormatiæ circa negotia Imperii excluso Bohemo erectis, quarum utraque habetur apud *Goldastum in Politischen Reichs-Händeln lib. 8. num. 1. & 3.* & ubi soli de negotiis Imperii deliberant atque statuunt, & quæ etiam in ipsis Capitulationibus Caroli V. & sequentium Imperatorum
 39 nec non Leopoldi & Josephi *art. 6.* confirmantur. *Imò (3.)* in dictis Capitulationibus expresse conceditur VI. Electoribus & in Capitulationibus Leopoldi & Josephi VII. Electoribus, adeoque excluso Bohemo, ut convenire queant, deliberare & con-
 40 cludere. *Et quoniam (4.)* negotium Capitulationis nomine Imperii, Ejusque causâ negotiorum fieri solet, cum quibus Regi & Electori Bohemiæ nihil commune, ita ut nec ad Comitiam vocari soleat, quemadmodum Ferdinandus I. Bohemiæ Rex Carolo V. Imperatori Fratri in Comitibus Augustanis de An. 1548. respondit: *Daß ein König zu Böhmen zu einigen Reichs-Tag nicht beschrieben wurde / auch weder Stand noch Stimme im Reichs-Rath hätte /* apud *Arum. de Comitibus cap. 4. num. 58. & 59.*
 41 *Hinc etiam (5.)* observantia & Imperii Praxis testatur, uti ex Historiâ Electionis Leopoldinæ ex *Tom. 1. Diarii Europæi* satis constat, quod nec ad Capitulationem conficiendam concurrere videatur Rex Bohemiæ. *vid. præter locum supra cit. Limn. ad Capit. Caroli V. art. 5. ad voc. Sechs Chur-Fürsten Rumbelin. ad*
 42 *Auc. B. part. 2. diff. 3. th. 4. & 30.* Sed quia tamen asseruimus supra, Electionem Cæsaris non esse abstractivè, sed cum obligatione
 tione

tione ad Capitulationem considerandam, quâ simpliciter gaude-
re censetur Rex Bohemiæ; Et præterea notanter observare licet,
id quod Electoribus in Capitulationibus permiffum, daß sie zu des
H. Reichs Nothdurfft/auch so sie beschwerlich Obliegen haben/zus-
ammen kommen mögen/juxta Capit. Caroli V. art. 5. quod ad Rul-
dolphi l. usq; tempora continuatur, ita postea esse immutatum,
daß sie nach Gelegenheit und Zustand des Heil. Reichs zu Ihrer
Nothdurfft/auch so sie beschwerliches Obliegen haben / zusammen
kommen mögen/uti videre est ex Capital. Ferdinandi II. & sub-
sequentibus; fortè non deesset Regi Bohemiæ, quod supra alle-
gatis dubiis responderi posset. In primis cum etiam Matthias
Rex Bohemiæ Anno 1612. ægrè tulerit, quod ipsius Legatus 43
Cardinalis Clezelius à Conventu Noribergensi Electorali fue-
rit exclusus, uti notat *Limneus ad Capit. Caroli V. art. 5. voc.*
Sechs Chur-Fürsten.

§. 9. Colophonem huic Capiti imponat, quod Causa 44
efficiens Instrumentalis concipiendæ Capitulationis Cæsareæ
fit Elector Moguntinus, qui uti tanquam Archi-Cancellarius
Imperii omnia Comitiorum conclusa per Cancellarium vel Se-
cretarium suum scripto comprehendi jubet; Ita idem quoque
de Formulâ Capitulationis est intelligendum. vid. quæ de Re-
cessib. Imperii formandis habet *Limn. in Tom. 4. Jur. Publ. ad*
libr. 9. cap. 1. num. 195. add. Dn. Schvveder. Introd. Jur. Publ.
Part. Gen. cap 3. §. 6.



CAP. IV. DE CAPITULATIONIS CAUSA FORMALI.

I. Forma Capitulationis Cæsareæ. 1.
Probatur ex verbis Capitulationis, 2.

Descriptio Capitulationis Con-
ringiana. 3.

C

Descriptio

Descriptio Schyvederi, Rhetii &
 aliorum. 4.
 II. An Capitulatio Pactum sit? 5.
 An etiam Lex? 6.
 Probatum ex textu Capitulationum. 7.
 Et ex Ordinatione Iudicii Casareo-Aulici. 8.
 Refertur inter Leges Imperii Universales & Fundamentales. 9.
 Electoris Brandenburgici dictum. 10.
 Hinc Capitulationis ratio formalis secundum nonnullos Lex est. 11.
 Non minus ac Recessus Imperii. 12
 Descriptio Capitulationis Limnæi. 13.
 Et Carpzovii. 14.
 III. An Capitulatio propriè Lex dici possit? 15.
 Lex generaliter accepta attribuenda Capitulationi. 16.
 Definitio Capitulationis nostra & vera. 17.
 IV. Capitulatio diverso modo & Pactum & Lex est. 18.
 Capitulatio est Lex Universalis? 19.
 Ratio 1. 2. 3. 4. ibid.
 Capitulatio perpetua est argumentum Comitiale 20.
 Electores representant omnes Imperii Status. 21.
 Capitulatio eque Lex universalis est ac Recessus deputatum. 22.

Quatenus Capitulatio Status & subditos Imperii obligat. 23.
 Etiam Leges de Militibus, de Notariis &c. sunt universales. 24
 V. Capitulatio est sanctio Pragmatica. 25.
 Quid sit sanctio pragmatica. 26.
 Capitulatio eque ac Instrumentum Pacis nomine sanctionis Pragmaticæ venire potest. 27.
 VI. An Capitulatio sit Lex Imperii fundamentalis? 28.
 Probatum (1.) ex dicto Electoris Brandenburgici. 29.
 (2.) Ex Naturâ Legis Fundamentalis 30.
 (3.) Quia Capitulatio norma est, quâ temperatur Principatus Principis & libertas Ordinum Imperii. 31.
 (4.) Quia aliàs nullius momenti esset. 32.
 (5.) Quia Electores representant Imperium. 33.
 VII. Qualis Autoritas Capitulationi adscribenda. 34.
 Defenditur Comitologus contra Autorem der Grundfeste 35. 36.
 Capitulatio est Sanctio Imperii, sed immutationi obnoxia. 37.
 VIII. An per Capitulationem derogetur Majestati Imperatoris? 38.
 Negative respondetur. 39.
 Ratio 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

Non

- Non se obligat Imperator ad subiectionem sed ad officium. 40.*
Majestati supervenienti non potest praedjudicare pactio antecedens. 41.
Electores non intendunt auferre Majestatem Caesari. 42.
Non imminuit Majestatem Principis vivere secundum Leges. 43.
Majestas Imperatoris non est absoluta, Majestas tamen est. 44.
Declaratur ex furibus Imperatoris Majestaticis. 45.
- IX.** *Non distinguendum inter Majestatem realem & personalem. 46.*
- (1.) *Quia unus est Consensus, unam faciens formam. 47.*
- (2.) *Nec possunt plura esse summa. 48.*
 (3.) *Quia omnis summa Reip. potestas immediatè est à Deo: 49.*
 (4.) *Populus non habet summam Potestatem. 50.*
 (5.) *Non Obstat formula: Uns und dem heil. Reich. 51.*
 (6.) *Nec, quod Status Imperii formam mutare possint. 52.*
- X.** *An Capitulatio Maximiliani II. sit genuina? 53.*
Negatur de Vulgari. 54.
Quia in multis differt ab Authentica. 55.
Recensentur defectus Vulgaris Editionis. 56.
Vulgaris est manca quaedam scheda. 57.

S. I.

Forma Capitulationis Caesareæ in Pacto & promissione juramento Regis confirmata consistere videtur. Quemadmodum hoc patet ex *fin. Princ. Capitulationum*, ubi hæc habentur verba: *Daß wir uns mit denenselben unsern lieben Neven / Dheis 2 men und Chur-Fürsten vor Sich und Sämblliche Fürsten und Stände des heiligen Römischen Reichs / Geding und Pacts- Weise dieser nachfolgenden Articuli vereiniget / verglichen / angenommen und zugesaget haben. Et in s. fin. 47. vers. Solches alles und jedes haben wir den gedachten Chur-Fürsten vor Sich und im Nahmen des heiligen Römischen Reichs geredt / versprochen / und bey unsern Königlichem Ehren / Würden und Worten im Nahmen der Wahrheit zugesaget. Thun dasselbe auch hiermit und Krafft dieses Brieffs / inmassen wir dann es mit einem leiblichen Eyd zu*

C 2

Gott

Gott und dem heiligen Evangelio geschworen / dasselbe stet / fest und
 3 unverbroschen zu halten. Unde etiam non immerito à Conrin-
 gio in *Diss. de Capitulatione Casareâ th. 20.* ita describitur: Quod
 sit *Pactum seu Conventio*, quâ Imperator per Electorum suffragia
 designatus, ante Coronationis solennia, certas sibi propositas condi-
 tiones, normam Imperii administrandi continentes acceptas, & de
 iis servandis juratò cavet, publicæ salutis conservanda causâ. Quam
 4 definitionem etiam amplectitur *Dn. Schvvederus in Introdu-*
ctione Juris Publici Part. Gen. cap. 2. th. 13. Et *Dn. Rhetius in Instit.*
Jur. Publ. lib. 1. Tit. 4. §. 36. ita definit: Quod sit *Conventio so-*
lennis novi Regis Romanorum cum Electoribus pro se & nomine
Statuum Imperii de modo Regiminis & servandarum Legum Impe-
rii. Vel brevius sub hoc conceptu formali ita describi posset:
 Quod sit *Promissio novi Regis Romanorum jurata de servandis ab*
Electoribus circa Imperii administrationem cum Ipso conventis Ca-
pitulis.

5 §. 2. Et hæc vera quidem sunt, quando Capitulatio in-
 ter Imperatorem & Electores, Status simul Universos Imperii
 repræsentantes, tanquam Partes Paciscentes consideratur, ubi
 6 utique non nisi pro pacto haberi potest. Sed quia tamen sin-
 gulos etiam Imperii Status, ipsorumque æquè ac Cæsaris, subdi-
 tos & Ministros, imò & Summa Imperii Judicia instar Legis ab
 Imperatore & Statibus Imperii conventæ & conclusæ, perinde
 uti reliquæ Imperii Leges, quæ Recessuum nomine veniunt, ob-
 ligat; quemadmodum & eum in finem summis Imperii Ju-
 diciis manifesta & publica specialiter redditur, uti habet
 7 *Capitulatio Ferdinandi II.* & subsequentium Imperatorum &
 Regum Romanorum omnium §. Damit 46. ibi: Damit auch
 unsere Geheime so wohl / als Reichs Hoff-Räthe / wie auch unser
 Kayserlich Cammer-Gericht dieser Capitulation gebührende Wiss-
 schenschaft haben / und in Ihren Rathschlägen / Expeditionen und
 Sonsten sich darnach richten / wollen wir Ihnen dieselbe nicht allein
 vorhals

vorhalten / sondern auch bey Leistung Ihres Ampts und Dienst-
 Pflicht ernstlich einbinden / dieselbe so viel einem jeden gebühret / jeders-
 zeit vor Augen zu haben. Et in ordinatione Judicii Casareo-Au- 8
 lici Tit. 6. ita legitur: Es soll ein jeder Præfident und Rath ein
 Exemplar von der Kaysertlichen Reichs- Hoff- Raths- Ordnung
 bey sich haben / und nicht weniger auch eines der gülden Bull /
 der Kaysertlichen Capitulation, Religion- und Land- Friedens / und
 desselben Executions Ordnungen / aller Reichs Abschiede / auch des
 Kaysertlichen Cammer- Gerichts und Pollicey- Ordnungen auff des
 Reichs- Hoff- Raths Taffel liegen. Adeoque etiam inter Leges 9
 Imperii universales & fundamentales refertur; uti eo nomine
 Capitulationem vocat Elector Brandenburgicus apud Londorp.
 in Act. Publ. Tom. 1. lib. 6. cap. 154. ibi: Die Capitulation wäre 10
 in puncto der Achts- Erklärung klar / und es erforderte dieses Fun-
 damental- Gesetz / welches ein unbeweglich Grund- fest / mehrers
 nicht / dann würckliche observanz. Hinc Alii rationem Capitu- 11
 lationis formalem Legem esse dicunt. Inprimis quod licet Re- 12
 cessus Imperii etiam communi Cæsaris & Statuum Consensu
 concludantur & statuantur, Leges tamen Imperii Vniversales ab
 iis, qui jus ferendi habent, legitimè constituta & promulgata di-
 cantur, prout Recessus Imperii definit Mauritius, illustris quon-
 dam Camera Imperialis Assessor, de Recessibus Imperii th. 6. Unde 13
 etiam Limneus ad Capitul. sect. 1. in fin. Capitulationem ita de-
 finit: Quod sit à sex Electoribus electo Regi Romanorum salutis pu-
 blicæ causa præscripta & ab eodem recepta potestatis suæ & admini-
 strationis Imperii Regula, quam vi promissionis factæ & juramenti
 præstiti exactè & inviolabiliter observare tenetur. Et breviter 14
 Carpzovius de Leg. Reg. Germ. cap. 1. sect. 4. Quod sit Lex Re-
 gia seu Lex Imperii, quâ Regimenta Populi in Imperatorem designa-
 tum transferuntur certis conditionibus seu Capitulis. Cum quâ
 etiam ferè convenit Schutzii definitio in Vol. 1. 7. Publ. disp.
 4. th. 1.

15 §. 3. Sed quia tamen in Capitulatione primariò negotium inter Imperatorem & Electores nomine totius Imperii, tanquam Partes Paciscentes, quod ad temperamentum Potestatis Cæsareæ attinet, geritur, adeoque neutra Pars alterâ, minus verò omnium Electores cum Statibus superiores sunt Imperatore, quod tamen ad Legem propriè dictam requiritur, ut descendat ab Imperante & illo, qui potestatem obligandi & cogendi habet; cùm in Recessibus Imperii principaliter ad alia Imperii negotia respiciatur; Hinc ubique pro Lege propriè sic dictâ & normâ â superiori præscriptâ haberi nequit; Unde, quia Capitulatione nunc Pactum, nunc Lex â Superiore lata est, latior aliquis Conceptus formalis, qui utrumque includit, eligendus venit; Quo sane commodior nullus occurrere videtur quàm conceptus *Legis generaliter acceptæ*. Illam enim non tantum Legem propriè sic dictam, sed etiam Pactum includere ex *Rubr. Tit. de Lege Commissoriâ & L. 23. ff. de Reg. Jur. & Simil.* ubi Pacta legem contra-ctui dare dicuntur, colligere licebit, adeoque ratio Capitulationis formalis nobis erit posita in *Conceptu Legis generali de potestate & administratione Imperatoris*. Unde ita definiemus Capitulationem; *Quod sit Lex Imperii Universalis inter Electores nomine Imperii & Regem Romanorum conclusa & sancita, qua Imperii Regimen certis præscriptum Capitulis in ipsum transfertur, ut secundum Eam potestas Imperatoria exerceatur.*

18 §. 4. Quare ergò Legem dixerimus Capitulationem ex hætenus dictis patet, scilicet, tùm quia *Pactum* est ex Parte Paciscentium, *Regula* verò & norma respectu inferiorum & Eorum qui inter Partes paciscentes non sunt, adeoque tanquam Lex propriè dicta obligat. Dicimus vero Capitulationem etiam *Legem Universalem* non tantum propterea (1.) quod nomine Imperii Regi Romanorum ab Electoribus est præscripta, sed etiam (2.) quod Imperatorem non tantum, sed & Status Imperii Eorumque subditos tanquam Lex Regni obligat, ad instar (3.) alicujus

alicujus Imperii Recessus, qui in Comitibus Imperii Universalibus inter Imperatorem & Status Imperii Universos deliberatur & concluditur; Inprimis (4.) hodiè, quando materia Capitulationis perpetuæ argumentum Comitiale est factum per *Instr. Paris Art. 8. §. Habeantur 3. & R. 7. de A. 1654. §. Wann aber 192.* Et quamvis (5.) Capitulatio non concludatur in Comitibus Universalibus nec à Statibus Imperii omnibus. Quia tamen Electores universum tunc Imperium representant, quemadmodum eò faciunt verba Capitulationum de Electoribus *vor Sich und Sämmtliche Fürsten und Stände des heiligen Römischen Reichs in Princ. & in fin. ibi: Vor sich und im Nahmen des heiligen Römischen Reichs* / merito pro Lege Universali habetur æquè ac Recessus Deputationum, qui utut ab aliquibus Saltem Imperii Statibus, Deputatis scilicet Ordinariis, qui ordine recensentur *R. 7. de A. 1654. §. Und dieweil 194. concludantur, Leges tamen Universalis habentur per text. in R. 7. de A. 1654. Wann aber 192. ibi: Berathschlaget und erörtert werden / und gleiche Krafft haben solle / als wann sie bey diesen Reichs Tag wären ausgemacht worden. add. R. 7. de A. 1594. §. Was und soviel 97. ibi: An stat allgemeiner Stände des Reichs beschließlich zu erörtern. Licet etiam (7.) non omnes Imperii subditos directò adstringant Capitulationes sed Imperatorem inprimis & pro ratione materiae substractæ aliquot Imperii Status & subditos; per indirectum tamen omnes omnino obligant, inprimis ad ea, quæ Imperatori ibidem limitata non sunt nec restricta; & quantum ad articulos Capitulationum Regiæ potestatis confirmativos attinet. Et quemadmodum non minus inter Recessus & Leges Imperii Universalis referuntur Constitutiones Imperii de certo Personarum genere, *de Militibus v. g. de Notariis &c.* conceptæ, quod ad ipsarum æquè ac reliquarum constitutionem concurrant Imperator & omnes Imperii Status, & quod normam universalem omnibus in eodem ordine viventibus v. g. Militibus præscribant; Ita*

idem

idem quoque de Capitulationibus dicendum erit, quippe quæ nihilominus sunt universales tam ratione Legislatoris, quam ratione Ejus, cui feruntur; ut ut ratione objecti sunt singulares, cum de cætero omnes, quibus sunt applicabiles, obligent.

25 §. 5. Ex quibus ulterius etiam sequitur defendi posse, quod Capitulatio à Nonnullis dicatur quoque *Sanctio Pragmatica*, quemadmodum eam ita dicit *Bæclerus in Notit. S. R. Imperii lib. 12. cap. 3. n. 3.* Nam quamvis *Sanctio pragmatica sit Constitutio Imperatoris, quam ex Concilii seu Ordinum Imperii Consensu & sententia de publico negotio facit*; uti huc spectat *l. ult. §. fin. & ibi Dd. C. de Div. Rescript.* Sed quia tamen Instrumentum
26
27
28
29
30
31
Pacis statuitur sanctio esse Pragmatica in *Art. 17. §. 2. Instrum. Cæsar. Svec.* ut ut *Tractatio & Pactum seu Transactio de Pace sit*, uti hinc inde in *dict. Instr. art. 5. art. 17. & passim* vocatur; Et ut ut dictum Instrumentum communi Imperatoris & Statuum Imperii consensu, interveniente Coronâ Svecicâ & Gallicâ pacto conventum, nihilominus tamen subditos Imperii per modum Legis & Sanctionis pragmaticæ obligat; Hinc idem quoque de Capitulatione Imperatoris dici poterit.

28 §. 6. Similiter & hîc quærendum est: *An quoque Capitulatio pro Lege Imperii Fundamentali habenda?* Ita enim (1.) vocatur ab Electore Saxonie & Brandenburgico apud *Londorp. in Act. Publ. Tom. 1. l. 6. cap. 154.* in loco supra §. 2. allegato; Accedit quoque (2.) *Natura Legis Fundamentalis, quæ hæc est, quod Norma sit & Fundamentum obligatorium tam quoad Imperantes, quam Parentes*; uti hîc spectant ea, quæ habent *Autor der Grundfeste part. 3. cap. 3. pag. 203. & Carpzov. de Leg. Reg. cap. 1. sect. 14. num. 18.* Talis verò (3.) norma seu lex est Capitulatio, quippe quâ Imperii Regimen certis Capitulis in Imperatorem defertur, ut secundum eam potestas Imperatoria exerceatur, uti supra definivimus. Inde enim patet, quantum potestatis communicaverit Imperator Statibus, & quantum contra sibi reservaverit;
Adco-

Adeoque inde cavetur, ne in Principatu sit libido, nec in libertate licentia, sed uti temperatur libertate Ordinum Principatus; Ita Principatu libertas Ordinum, juxta *Autorem der Grund-feste d. l.* Et consequenter Statum Imperii, quoad officium Imperatoris, limitatum describit, per indirectum verò declarat, in quibus Imperatori sine restrictione sit parendum. *Quin imò* 32 nisi (4.) Capitulatio pro Lege Imperii fundamentali haberetur, hoc exinde absurdum sequeretur, quod nullius omninò momenti esset, dum neque Imperatori de potestate contra Calumniantium iniquitates, neque Subditis contra Tyrannidem, neque Statibus de libertate esset prospectum; Sed Status seu forma Imperii Romani in incerto fluctuaret, sententia in Imperio, communi consensu conclusa subito reformari, & Capitulatio ex assensu Electorum immutari posset; Quæ & similia observat *Bæcler. in Notis S. R. Imp. lib. 12. cap. 3. pag. 293.* Et licet (5.) 33 à solis Electoribus, quorum non est Legem Imperii fundamentalem condere, præscribatur, sæpius tamen dictum est, quomodo hoc sit intelligendum; scilicet quod Electores id non suo tantum sed totius Imperii nomine faciant, cum ex inveteratâ consuetudine & Jure, in negotio Electionis, omnes omninò Status Imperii repræsentent.

S. 7. Ex quibus fieri judicium potest de Autoritate Capitulationis, quod scilicet, quia Lex est Imperii Universalis & fundamentalis, omnes in Imperio viventes obliget; & consequenter: Quid respondendum sit *Autori der Grund-feste part. 3. cap. 3. pag. 207. & 256.* Autoris *Comitiologia Ratisbonensis* verba, dum *Part. 4. n. 249.* dicit: (1.) quod Capitulatio Ferdinandi IV. vim & 35 vigorem habeat publicæ sanctionis Imperii, (2.) quod pro perpetuâ formâ & normâ Regiæ Capitulationis sit habenda & (3.) quod secundum Instrumentum Pacis sit concepta, ridenti, & ea, quæ *Comitiologus* dicit, pro judicio Cive Romano indigno reputanti, Item quando (4.) in Capitulatione Leopoldi plura adhuc desiderat

derat & aliter se habere dicit, quàm Status Imperii utserint. Præ-
 36 terea enim, quòd ejusmodi asserta non careant periculo, cum
 ipsum Imperii fundamentum petere videantur, immeritò ridet
 dictum Autorem, cum vera omninò dicat. Quamvis enim
 neque in Ferdinandi IV. neque Leopoldi Capitulationes ob ra-
 tiones urgentes cuncta potuerint inseri; non tamen exinde sequi-
 tur, quod pro Legibus & Sanctionibus Imperii, seu pro normâ
 atque formâ Romano-Regiæ Capitulationis non sint habendæ;
 Cum distingvendum hic veniat inter Sanctionem Imperii im-
 mutabilem omninò & adhuc augendam, seu inter sanctionem
 37 cum addito & simpliciter talem. Est Sanctio Imperii Capitulatio,
 sed non ita absoluta, ut augeri amplius vel immutari rursus
 non possit, id quod neque de illâ, quæ perpetua conficietur, pro-
 pter res Civiles immutationi obnoxias sperari poterit; Sed quæ
 tamen Regi Romanorum Novo, Statibus & Subditis Imperii pro
 lege & normâ erit.

§. 8. Atque hæc de Genere Definitionis sufficient! Quod
 reliqua definitionis verba concernit, illa declaratione ulteriori
 non opus habent, cum ex antea dictis satis superque sint clara.
 38 Sed potius hoc expediemus: *An per Capitulationem Majestati
 Imperatoris derogetur? An verò nihilominus, dum ita paciscendo
 promittit, Majestatem retineat? Et Respondemus breviter: Neuti-
 93 quam Eidem propterea præjudicari, sed retinere Ipsum Majesta-
 40 rem (1.) quia Imperator per Capitulationem non se obligat ad
 subjectionem, sed tantum ad officium, in nonnullis cum Con-
 sensu Electorum & Statuum Imperii, obeundum; Uti verò ob-
 28 ligatio ad officium potestatem non aufert vel imminuit, sed eam,
 quæ comperit confirmat; ita idem & de Capitulatione dicen-
 dum. Quemadmodum enim (2.) promissio Dei jurata non de-
 trahit Majestati divinæ, ut ut dicat Deus, *Per me met ipsū juro. Gen.*
 22. 16. Ita nec humanæ Majestati promissio illa jurata præ ju-
 41 dicare valet. Et quia (3.) ante Obligationem juratoriam non
 est*

est Imperator, cùm Electio abstractivè considerata conditionalis est, adeoque eatenus pactio illa inter æquales, seu in Statu Naturali constitutos, fit & juratur. Hinc talis pactio non potest præjudicare Majestati supervenienti, dum adhuc ad Electionis actum spectat, dum Majestas immediatè à Deo Electo supervenit. *Neque* (4.) unquam in mentem venit Electoribus, quod 42 Imperatori in Capitulatione auferre voluerint Majestatem sed saltem hoc intendunt, ut intra Officii Cancellos retineatur, nec licentia nimia libertati detrahat. Actus verò non debent operari ultra agentium intentionem. *Sed potius* (5.) in nonnullis 43 Electores & Status in Imperii consortium ascivit, vel Imperator cum lisdem in quibusdam communicat, ita ut cum eorundem consensu agat. Et quamvis hoc necessitatis sit factum, non magis tamen hoc ipsam Majestatem imminuit, quàm quando juxta Leges divinas & naturales agere est obligatus. *Nec* (6.) se-44 *quitur*: Majestas recipit gradus, Ergò omninò tollitur & aboletur. Nam licet non ubique sit plena, & quoad omnes omninò actus voluntate & potestate absolutâ exerceri queat, non tamen exinde sequitur, quod summa non sit in Republicâ potestas, perinde uti summa manet, licet in officio agere non possit, quod cultui divino & legi naturali repugnat, cùm hæc saltem officium moderentur, potestatem autem non restringant. *Neque verò* (7.) ullum Imperii negotium est, quod maximam partem ad 45 Cæsarem non spectet, utut in nonnullis cum Statibus Imperii communicet; & magna quidem sint, quæ concesserit Statibus, majora tamen quæ sibi reservaverit.

§. 9. Qui inter Majestatem realem & personalem hic 46 distinguunt, quod faciunt *Limneus Tom. V. Addit. ad lib. 1. cap. 12. pag. 175. seqq.* & ipsius Sequaces, qui majus statuunt Imperium quàm Imperatorem; quod etiam ante ipsum fecit *Arumæus in Tom. IV. Jur. Publ. disc. 3. pag. 9.* Illi confundunt subjectum circa quod verlatur summa potestas, cum ipsa potestate;

seu Majestate; ut taceamus, quod illa distinctio à Sanioribus Politicis & Jctis diu sit explosa & rejecta. *Quando quidem, uti (1.)*

47 Unus est Consensus, una voluntas & unus spiritus, unam Constituens & vivificans Reipubl. formam, potestatem summam & Majestatem; Ita & nulla potest fingi divisio in Republicâ inter

48 Majestatem realem & personalem: *Nec (2.)* plura specie diversa summa magis sub communi aliquo genere comprehenduntur, quam plura infinita, specie diversa, sub communi aliquo genere ab istis speciebus præcindente contenta dari possunt. Quod si autem harum Majestatum altera ab alterâ dependere statuat, dependens ab alterâ vera species non erit. Quâ enim esset


49 potestas non summa, species summæ? *Et quia (3.)* omnis summa Reipubl. potestas à Deo *Rom. 13. v. 1. Proverb. 8. 15.* qui eam immediatè Imperantibus concedit, dependet; hinc nulla potest fingi alia Majestas seu potestas fundans, quæ Majestatem regentem & administrantem constituat. *Imò (4.)* Populus nec durante Majestate personali, nec vacante Republicâ, summam potestatem habet; Non illo casu, quia aliàs essent duæ potestates; Non hoc, quia tunc nulla Resp. nulla forma, sed potius Anarchia & nulla summa potestas est, nisi Vicariis interea temporis constitutis. Unde quam populus summam potestatem non habet, si alteri dare nequit. *Non obstat (5.)* quod formula in Imperii Rescriptis sit vulgaris: *Unser und des heiligen Reichs Stadt; Uns und dem heiligen Reich /* adeoque sic innuere videtur & Imperii potestatem; Cùm hoc subjectivè & materialiter ita dicatur, quia partem Romanii Imperii constituit, vel saltem quod unitas & forma Reip. Romano-Germanicæ ab Imperatore & Imperio, in quibus junctim consistit illa unitas, non divisim dependeat. *Nec*

52 *(6.)* obstat, quod Status Imperii eodem vacante, potestatem habeant eligendi Imperatorem alium, imò planè immutandi formam Reip. quod non videtur fieri posse, absque summâ potestate realiter apud ipsos residente; Quia exinde non sequitur Majestatem

statem realem penes Eos residere, sed saltem posse constituere & eligere aliam vel etiam plures Personas, quibus Majestas illa applicari possit. Quæ plura obijciuntur, & quomodo resolvuntur vid. in Notis Nostris ad Bœcler. Notit. Imperii ad Lib. 4. cap. 1. th. 4. num. 3. ad verb. De Majestate reali. add. Ziegler. ad Grot. lib. 1. cap. 3. th. 7. Bœcl. ad Grot. ibid. Strauch. in Diss. de de Statu. à Summo Principe th. 2. & 3. Dn. Schweder in Introd. 7. Publ. Part. Gen. cap. 2. th. 19.

§. 10. Antequam hoc caput finiamus in specie prius hic 53
quæreretur: *An Capitulatio Maximiliani II. sit genuina & for-*
malis? Et meritò suspecta esse videtur illa, quæ vulgò traditur
(1.) quia differt non tantum à Posterioribus & subsequentibus, 54
sed etiam à præcedentibus Caroli V. & Ferdinandi I. Capitula-
tionibus, sive Stylum spectes & sectiones articulorum, sive et-
iam Collationem materialium (II.) quia multa in Eâ sunt omissa,
quæ in reliquis sunt expressa, & utiliter exprimi potuissent, imò de-
buissent (III.) Quia differt ab Authentico, quod in Archivis Ele- 55
ctorum habetur & in formalibus & in materialibus. Præterea
enim, quod in Authentico puncta clarius tradita, expressa & ex-
plicata sint, *deest* (1.) Titulus Imperatoris (2.) *desunt* nomina 56
Electorum excepto Moguntino (3.) *deest* confirmatio & reno-
vatio Legum Imperii Fundamentalium v. g. Aureæ Bullæ, Pacis
Religiøsæ, Profanæ &c. (4.) *Deest* confirmatio Dignitatum,
Privilegiorum & Regalium Statuum Imperii. (5.) *Deest* ille Ar-
ticulus, ubi Imperator Pactis & Conventionibus illicitis subdi-
torum contra Principes & Status Imperii obviam ire promittit.
(6.) *Ille*, ubi Imperator Status Imperii Collectis, vocatione ni-
miâ ad Comitata se non oneraturum. (7.) *Ille* ubi Officiis Impe-
rii jura sua facta tecta que se conservaturum. (8.) *Ille*, ubi nego-
tia non nisi Germanicâ & Latinâ Lingvâ tractari debere. (9.) *Ille*,
ubi Concordata Principum & Pontificis Romani ratione Epi-
scopatuum &c. ut observentur, se curaturum. (10.) *Ille*, ubi so-
cietati

cietatibus Mercatorum damnosis & Monopoliis se obviam iturum (11.) *Ille*, ubi Vectigal de novo se non concessurum, nec vetera aucturum vel prorogaturum. (12.) *Ille*, ubi ab aliis impositum vectigal vel auctum remove. (13.) *Ille*, ubi Electoribus ad Rhenum, dando immunitates Vectigalium, se gravem non futurum. (14.) *Ille*, ubi Statam Imperii gravatum ne Jure experiatur, se non impediturum. (15.) *Ille*, ubi fines Imperii antiquos ut recuperare possit se curaturum. (16.) *Ille*, ubi Principatum, Comitatum & Dominiorum, quæ ab Imperio habet, Onera se præstaturum. (17.) *Ille*, ubi ordinationem monetæ se observaturum. (18.) *Ille*, ubi nemini sine Electorum Consensu jus monetandi Concessurum. 19) *Ille*, ubi Coronam Romanam se impetraturum, & in Germaniâ se residere velle; & (20.) denique ille, ubi ea quæ sunt contraria Capitulationi, pro nullis se habiturum esse promittit. Quæ omnia in Vulgari Editione desunt, adeo ut manca quædam Excerpta, vel etiam Primas quasdam Schedas esse vel fuisse; non immerito conijcere quis possit; Vulgaris exhibetur apud Goldastum & Limn. loc. cit. ut & apud Carpzov. ad Leg. Reg. Authenticam verò ex Archivo Palatino Dn. Henricus Guntherus Thulemarius Profess. ante hâc Heidelbergensis celeberrimus, in fin. Tractatus de Bullis exhibet.



CAP. V.

DE CAPITULATIONIS CAUSA MATERIALI.

Materiam suppeditant ipsi Capitulationis Articuli. 1.

Capita sunt vel Perpetua, quæ spectant vel (1.) ad Jus Statutum. 2.

Vel (2.) Ad Confirmationem Legum. 3.

Vel (3.) Ad Administrationem. 4.

Vel (4.) Ad Jurisdictionem Imperii. 5.

Quæ sunt Materia Capitulationis Perpetuæ. 6.

Tempo-

Temporaria interdum observantur. 7.

Tale est Cap. Caroli V. art. 30. de sede Regiâ in Germaniam transferenda. 8.

Tale etiam est in Art. 12. Cap. Leopold. de Ferdinando Carolo Archiducè Austriae. 9.

Et in art. 13. quod de Coronâ Gallie ibid. habetur. 10.

Imò totus Articulus 14. Capit. Leopold. de Bello Italico & Circuli Burgundici, nec non Pacificatione Polonicâ. 11.

Capitulatio non tantum habet singularia sed & Generalia. 12.

Habentur enim ibi & Ea quæ juris communis sunt. 13.

An Ex temporariis capitibus possint fieri perpetua? 14.

Et An necessarium sit sigillatim exprimere, quæ in summâ iam continentur? 15.

Quod utrumque certo respectu affirmatur. 16.

Melior prolixitas quam obscuritas. 17.

Capitulatio imprimis tractat Jura Communicata. 18.

Observantur tamen Articuli Confirmativi æquè ac Limitativi. 11.

Capitulatio est Regula, unde de Imperatoris Potestate ferri iudicium potest. 20.

§. I.

DE Materia prolixè dicere non erit opus, cum ea ipsa in Ipsius 1
Capitulationis tractatione se satis ostendat. Hoc ta-
men inter Generalia non erit prætermittendum, quod Materia 2
Capitulationis contineat Capita partim Perpetua, partim tempora-
ria; Illa vel spectant ad Jura Statuum, quorum imprimis in Art. 8.
§. Gaudeant. Instr. P. fit mentio, quæ Imperator confirmare tene-
tur, uti factum in Capitulatione Leopoldi art. 3. vel ad Confirmatio 3
nem Legum Imperii, quales sunt, Aurea Bulla, Pax Profana & Re-
ligiosa, Instrumentum Pacis, Recessus Imperii &c. Vel ad Admi- 4
nistrationem Imperii, quò spectat materia de Administratione,
Oppignoratione, alienatione, infeudatione & recuperatione
Bonorum Imperii; Item Materia, quæ versatur circa impositio-
nem Vectigalium, circa Collectas, circa Officia, investituras &
dignitates conferendas; Vel denique Ad Jurisdictionem Imperii, 5
quo referenda ea, quæ pertinent ad Judicium Cæsareo Auli-
cum

cum & Camerale, imò etiam ad Iudicium Cæsaris Sanctioris
6 Consilii, uti videre est ex *Art. 40. Capit. Leopold.* Et circa hæc
inprimis Capita versatur *Capitulatio* illa certa atque constans, seu
perpetua dicta.

7 §. 2. Quod ad temporaria attinet, illa rariora sunt, cum
ut plurimum ea fiant tandem perpetua. Observantur tamen &
8 illa interdum, uti constat ex *Capitul. Caroli V. art. 3.* Ibi enim
cautum & provisum legitur, ut Imperator quam primum possit,
ex Hispaniâ in Germaniam se conferat *ibi: Wir sollen und wollen*
Uns auch zum baldesten es möglich und füglich / heraus ins Reich
Teutscher Nation persönlich fügen. Item: Auch unsere König-
siche Residenz, Anwesen und Hoffhaltung in dem Heil. Römis-
schen Reich Teutscher Nation des mehrern Theils/so viel möglich/
haben und halten. Quod quia temporarium fuit & ad personam
Caroli V. Regis quippe tunc Hispaniarum, restrictum, in reliquis
Capitulationibus subsequens merito omissum est, cum po-
stea Electi Romanorum Reges in Germaniâ jam residerent.
9 Quemadmodum & ejusmodi temporarium Capitulum in *Leo-*
poldi Capitulatione Art. 12. in fin. de Ferdinandi Caroli, Archi-
Ducis Austriæ, Prætensione in Terras Allaticas, quod de Eâ in
proximis Comitibus deliberatio instituenda sit, occurrit; Unde
10 & in *Capitulatione Josephi d. Art. 12.* est omissum. Similiter &
in *Capitulationis Leopoldinæ Art. 13.* Capitulum temporarium
de Coronâ Galliarum est insertum, quod scilicet Imperator, Hosti-
bus Regni Galliarum Exteris, Milite, Pecuniâ, Armis vel Commeatu,
quocumque sub prætextu id fiat, auxilio adesse nolit; sed, quod
11 ad Circulum Burgundicum, se Instrumento Pacis Westphalicæ
conformem gerere velit. Quod ipsum, quia ad belli illa tem-
pora, quod Imperatori & Imperio cum Rege Gallicæ tum tem-
poris, quando Capitulatio Josephi facta est, inrecedebat, mini-
mè quadrabat, hinc in dictâ Capitulatione est omissum. Imò
totus *Articulus 14.* Leopoldinæ Capitul. de Bello Italico & Cir-
cui

culi Burgundici, Pacificatione item Polonicâ, aliisque ad temporaria respicere est creditus; Unde nihil de eo in dictâ Josephi Capitulatione est repetitum vel confirmatum.

§. 3. Præterea & observare licet, quod Capitulationis materia etiam contineat, *non singularia tantum* capita, sed & ea interdum, *quæ Generalia* sunt, sive Jus generale seu ordinarium spectes, sive etiam quatenus summam saltem quædam Capita exprimuntur, quæ singulatim etiam exprimi potuissent. Unde observamus in Capitulationibus etiam ea interdum immisceri, quæ Juris communis & ordinarii sunt; ut quando Imperator promittit, se maximis & minimis æqualiter Justitiam administraturum; & *Ferdinandus III. Art. 42.* quod Statibus Imperii Investituras secundum priorum Investiturarum tenorem concedere velit. Quod licet sit Juris Communis, Capitulationi tamen insertum est, ut sciat Electus Rex Romanorû, se nec Ordinario Jure solutum esse, uti docet *Limn. ad Capit. Sect. 6. num. 11. & 12.*

§. 4. Quæritur verò hic (1.) *An ex temporariis Capitibus perpetua quædam fieri possint?* Et (2.) *An necessarium sit separatim exprimere, quæ in summâ continentur?* Et sanè, quod ad Quæstionem Primam attinet, pro re natâ nihil obstat, quò minus ex temporario interdum perpetuum caput fiat; Ut si v. g. loco illius temporarii quod *supra §. 2.* de Carolo V. dictum, perpetuum sic formetur: *Ne Imperator diu extra Germaniam commoretur?* Id quod in similibus eadem ratione obtinebit. Quod verò secundam quæstionem concernit, regulariter quidem necesse non est, ut separatim exprimatur, quod jam in Summâ ibidem est confirmatum, ne aliàs prolixitatis accusentur Concipientes. Quòd si verò obscuritas aliqua ex Generali saltem Confirmatione metuitur, cum tamen Capitulatio, tanquam Regula & Norma officii Imperatorii & potestatis limitatæ, clara & perspicua esse debeat, melior est prolixior expressio separata, quam


E

quam

quàm obscura generalitas & brevitatis: Ne aliàs nihil actum esse videri possit.

- a8 §. 5. Tandem nec hoc in materia Capitulationum in genere prætereundum est, quod licet non prætereant omninò ea, quæ Jura Imperatoris Regia confirmant, ea tamen præprimis tractet Capita, quibus circumscribitur Potestas Imperatoris Regia & absoluta, seu potius, quæ Imperator de potestate suâ cum
- 19 Electoribus & Statibus Imperii communicavit. Hinc Articuli Capitulationum vel sunt *confirmativi* Potestatis Regiæ vel *Limitativi*. Ex quo per indirectum & per Consequentiam quoque resultant ea, quæ non communicavit, sed sibi Soli reservavit; Ut non immeritò Capitulationem dixerimus *Normam &*
- 20 *Regulam, unde de Imperatoris Potestate ferri judicium queat.* Quæ verò & qualis in Romanorum Rege observetur, ex Capitulationum Articulis tanquam Iphis rerum argumentis specialiter & clarius addiscere licebit. Nobis hæc de Generalibus dixisse sufficiant!





CHRISTIANO BEYERO

INGENIO DOCTRINAQVE NOBILISSIMO VIRO

FRIDER. LVDOV. WALDNER
DE FREVNDSTEIN

S. P. D.

Disputantem Te, Christiane Beyere, Vir praestantissime, de rebus gravissimis, atque disputantem Praeside & Cto consummatissimo & Simili istis Antiquis, qui leguntur, Friderico Nitzschio, Praeceptore communi, animo pariter atq; bonis verbis prosequi omnino me par est. Atque eo quidem tanto magis, quo gratior mihi fuit, per annum & quod excurrit, communis mensae religione culta consuetudo tua, è qua nunquam non sensum quendam & voluptatem cepi longe maximam.

Q. R. T. A. 1574



mam. Nempe doctrinam tuam minime proletariam, cujus utique pro specimine apud alios valebit presens hac dissertatio, politissimis semper moribus atque earum rerum, sine quibus inutilis est pane dixerim agrestis est omnis eruditio, cognitione exornare studuisti; ut dubitare liceat, plusne Tibi ab optimarum artium studio, an à vita civilioris cultura decoris accedat. Maeste hac eruditionis, ingenii, virtutis, prerogativa, qua memoriae meae, amicorum servandorum sua natura tenacissima, semper erit infixae: voluntatemque, qua in Te sum, ita Tibi conservabo, ut nullo eam locorum intervallo, nulla temporis diuturnitate mutari posse intelligas. Tu mecum facito mutuum, et cave sis in vicem, obsecro, umquam aliquid decedat tuae in me benevolentiae. Ita DEVS Te porro sospitet ac provehat, omniumque damnet votorum! Vale. Scribebam raptim Gisse Cattorum
a. d. XX. Novembris A. M DC IC.

1077

B. M. II, 30.
H. 3, 3.

II R
1574

CAI

IONE

C

EA

LEGE

NORUM

VIRI N

ULTISSIMI
SSIMI

DN. F

ZSCHII

PHIL. ET
CAES.

L. COM. PAL.
HASSORUM

PATRON

S SUI PER-

PETU

NERANDI

PVBL. E

QUISITIONI

CHI

EYER

DIE

CXCIX.

IN

LENNI

Excud. JOH

NIV. TYPOGRAPH

